138

# Ad alios Capitaneos Finitimos Silesiae Litterae clausae.

Thumpeltum, si in vincula perveniat, pro merito puniri jubet.

Generose Fidelis dilecte. Perscripsit ad nos &c. ut supra usque ad: dignaremur. Quamobrem mandamus Fidelitati Tuae, ut homines Capitaneatus sui, subditos nostros cujuscunque status, autoritate sua cohibeat, ne huic Thumpelt receptum usque in terris aut dominiis suis Majoris Poloniae praebeant, neve illi opem auxiliumque ullum praestent, si autem usquiam in Capitaneatu et praefectura Fidelitatis Tuae deprehensus per subditos Majestatis Caesareae fuerit, Fidelitas Tua ex officio suo in deprehensum et legitime convictum animadvertat; factura pro officio suo et gratia nostra. Datum ut supra.